

1549 12 8^a Augusti.

Ed. Origin. Arch. Stan. Aug. Regni.

111

Albertus Junior D. G. Marchio Brandenburgensi, ac Prussia
Silesiaque, necnon Silesia Lomerania Casubiorum Dux
Princeps Rugei et Burgravius Nurembergensis.

26

Singulari nobis dilecte. Allate sunt nobis littere, quibus pres-
tibus dux ad festum Exaltationis Crucis indicatus est, ad quem
Reverendissimo Regi Poloniae Domino nostro observandissimo res-
pondimus, sicut ex inclusa copia apparet. Siquidem verum nos
propter occupationes ad istum diem venire non possumus, opta-
mus nos certiores reddi, num patruus noster princeps Marchio
Jurgius Tudenius ad istum diem vocatus sit, praesentem autem
an praedictus noster patruus ratione feudi Ducatus Prussiae, pra-
rogativam ante nos habiturus sit, et hoc nobis, quam primum
fieri poterit una cum ceteris nostris litteris significari. Istud
erga te beneficium respiciamus. Plassenburgi 8^o Augusti
Anno Dni 1549.

Singulari nobis dilecto Ludovico Mentua Summi-
mi Regni Polae Consiliario ad manus proprias.

1549

1549

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, possibly Latin or German.]

[Faint handwritten text, possibly a signature or title.]

[Faint handwritten text, possibly a signature or title.]